



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

LIII. Prorogatur facultas ordinandi indigenas absque titulo Vicariis  
Apostolicis apud Sinas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

ANNO  
1673.

CLEMENS DECIMUS.

85 ANNO

fore, suosque plenarios, & integros effectus forti, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcuse observari: sicutque per quo cumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palati Apostolici Auditores, & alios quoilibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

**S. 9.** Mandantes propterea universis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac caeteris Ecclesiasticis, & locorum, etiam Regularium Praelatis per universum Orbem constitutis, ut presentes literas in suis quicunque Provinciis, Civitatibus, Diocesis, Capitulis, & Jurisdictionibus ab omnibus inviolabiliter observari, & quoties a praefatis Episcopis, & Vicariis Apostolicis, necnon Sacerdotibus Secularibus, & laicis tam missis, quam mittendis ut praefertur, seu eorum aliquo fuerint requisiti solemniter publicari current, & faciant.

**S. 10.** Non obstabit Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ memoratus Urbanus praedecessor in suis literis praefatis voluit non obstat, ceterisque contraria quibuscumque.

**S. 11.** Volumus autem, ut ipsarum presentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem profus fides tam in Judicio, quam extra illud adhibetur, quæ ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibetae, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Decembris 1673. Pontificatus nostri Anno Quarto.

I. G. Slustus.

Reg. in Sec. Brevium in lib. mensis Januarii par.  
1. fol. 121.

LXXX.

Pro Episcopis Vicariis Apostol. apud Sinas &c. prorogatio facultatis ordinandi Indigenas illarum partium, etiam absque titulo, cum Indulto eis commutandi Officium divinum.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

**A**lias emanarunt à fel. rec. Alexandro Papa VII. praedecessore Nostro literæ in simili forma Brevis, tenoris, qui sequitur, videlicet, Alexander Papa VII. Ad futuram rei memoriam. Injuncti Nobis cœlitus Pastoralis Officii ratio postulat, ut nihil a Nobis desiderari patiamur, quo Christiana Religio, praesertim in longinquis partibus feliciter in dies, aspirante atque adjuvante Domino valeat propagari. Alias siquidem Venerabiles Fratres Francicum Palla Heliopolitanum, ac Petrum Lambert Beritensem, necnon tunc in humanis agentem bo. me. Ignatium Cotolendi Merellopolitanum Episcopos, Vicarios Apostolicos respective in partibus Sinarum sub certis modo, & forma tunc expressis deputavimus.

**S. 1.** Ut autem in partibus praeditis Sacerdotum Indigenarum ordinatio facilius peragi, atque ita fides Catholica ibidem firmius, benedicente Domino radicari valeret, memoratis Francisco, ac Petro, & Ignatio Episcopis cum

Christifidelibus earundem partium indigenis sibi respective ut Vicariis Apostolicis hujusmodi pro tempore subditis, ut ipsi, licet idioma Latinum non intelligerent, nihilominus, dummodo illud legere noscent, eisque Canon Missæ ac formulæ Sacramentorum Ecclesiæ declararentur, ad omnes etiam sacros Presbyteratus Ordines; servatis alias servandis promoveri, & promoti in illis, etiam Altaris ministerio ministrare libere & licite possent, & valerent, dispensandi, necnon recitationem Officii divini. Horarum scilicet Canonarum eisdem Christifidelibus in recitationem aliarum precum in eorum lingua arbitrio suo commutandi facultatem auctoritate Apostolica ad septennium dumtaxat concessimus, & impertiti sumus, & alias prout in ternis nostris in simili forma Brevis literis die 10. Septembris 1659., & die 20. Septembris 1660. respective desuper expeditis, quarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum infertis haberi volumus, uberioris continetur.

**S. 2.** Cum autem, sicut pro parte praefatorum Francisci, & Petri Vicariorum Apostolicorum, ut praefertur, deputatorum, Nobis super expositum fuit, dictum septennium versus finem iam labatur, bona vero stabilia Sinenium ad possidentes absolute non spectent, sed illorum Domini sunt Reges, qui dicta bona, quibus libitum est, vita durante concedunt, ac proinde super hujusmodi bonis perpetui Patrimonii titulus pro Ordinandis ad sacros Ordines per eorum parentes, seu alios in illis partibus assignari non possit. Nos propagandæ, firmiusque radicandæ in ejusdem partibus Catholicæ Fidei, quantum nobis ex alto conceditur consulum esse cupientes, dictosque Franciscum, & Petrum Vicarios Apostolicos amplioris favore gratiae prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super negotiis Spiritualibus Regni Sinarum a Nobis specialiter deputatorum consilio, septennium praefatum ad alios septem annos a fine ejusdem Septennii computandos dicta auctoritate tenore praesentium prorogamus, extendimus, & ampliamus.

**S. 3.** Præterea praefatis Francisco, & Petro, necnon aliis duobus Episcopis, per eos, seu eorum alterum, aut primum ab eorum altero superstite ordinatum respective, vigore aliarum binarum nostrarum, etiam in forma Brevis literarum die 4. Februarii 1664., & die 28. Februarii proxime præteriti respective expeditarum, quarum tenores ibidem pro plene, & sufficienter expressis haberi volumus, consecrandis, quos pariter Vicarios Apostolicos in partibus praeditis per easdem literas sub certis modis, & forma ibidem expressis deputavimus, ut ipsi tam residuo primodiçi Septennii, quam aliis septem annis per praesentes prorogatis durantibus, Clericos memoratarum partium Indigenas, etiam absque titulo, servatis tamen alias tam ex sacrorum Canonum, quam ex primodiçarum nostrarum Literarum prescripto servandis, ad lacros, & Presbyteratus Ordines promovere licite, & libere possint, & valeant, facultatem elapsi septem annis per praesentes literas prorogatis illico expiratarum auctoritate, & tenore praefatis concedimus, & impartimur, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis praeditorum Cardinalium. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincia-

1673.

Eidem indulxit ad septennium, ut fuos subditos respective indigenas ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines promovere possint, licet idioma latinum legere noscent, eisque Canon Missæ, & formulæ Sacramentorum Ecclesiæ declararentur.

Eisdem pariter ad septennium facultatem concessit, ut sic Ordinatis recitationem Divini Officii commutarent in recitationem aliarum precum in eorum lingua.

Preces dd. Vicariorum Apostolicorum.

Asolutio à Censuris.

D. Septennium prorogavit ad aliud Septennium computandum à fine primi Septennii.

Insuper dictis Vicariis Apostol. indulxit, ut eam residuo d. septennio, quam aliis septem annis, ut supra prorogatis possint. Clericos indigenas absque titulo ad Sacros, & Presbyteratus Ordines promovere.

Præservatur authoritas Congregationis.

1673.  
Contrario-  
m de rega-  
tio.

Clemens IX.  
facultates  
concessas dd.  
Vi ariis  
Ap. st. ab  
Alex. VII.  
ad aliud Sep-  
temnium pro-  
rogavit.

Absolutio  
Cenfusis.

Pontifex ea-  
dem faculta-  
tes dd. Vic-  
arii Ap. stol.  
proroga ad  
aliud Sep-  
temnium.

Derogat con-  
trariis.

Edit. 23. Dec.  
1673. An. 4.

LIV.

libusque Conciliis editis Generalibus, vel specia-  
libus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæ-  
terisque contrariis quibuscumque. Datum Ro-  
mæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pif-  
catoris die 13. Marti, 1673. Pontificatus nostri  
Anno Decimo.

§. 4. Et subinde fel. record. Clemens Papa IX.  
prædecessor noster facultatem eisdem Episcopis  
Vicariis Apostolicis per præsertas literas à me-  
morato Alexandro prædecessore ad septennium  
prorogatas, & de novo concessas respective ad  
alios septem annos pariter auctoritate extendit,  
& prorogavit, & alias prout in ipsius Clementis  
predictis literis pari in forma Brevis die 13.  
Octobris 1669. desuper expeditis, quarum teno-  
rem præsentibus pro plene, & sufficienter ex-  
presso & inferto haberi volumus, uberioris con-  
tinetur.

§. 5. Nunc autem Nos, ut Christiana Religio,  
& Catholica Fides, Domino benedicente, in par-  
tibus prædictis firmius stabiliusque solidar, & la-  
tius propagari valeant, pro commissa nobis ce-  
litus Pastoralis Officii cura, salubriter provide,  
ac supradictos Episcopos Vicarios Apostoli os  
amplioris favore gratia prosequi volentes, & eo-  
rum singulares personas a quibusvis excommuni-  
cationis, suspensionis, & interdicti, alii Ec-  
clesiasticis cenfusis, & poenis à Jure, vel ab ho-  
mione quavis occasione, vel causa latet, si quibus  
quomodolibet innodatae existunt, ad effectum  
præsentium dumtaxat consequendum harum serie  
absolventes, & absolutas fore censemtes, de par-  
ticulari Congregationis Venerabilium Fratrum  
nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis  
prædictæ Fidei præpositorum consilio, easdem  
facultates, quæ dictis Episcopis Vicariis Apostoli-  
cisis per præsertas literas à præfato Alexan-  
dro prædecessore ad septennium prorogatae, & de  
novo concessæ, ac ad alios septem annos à dicto  
Clemente prædecessore per suas præfatas lite-  
ras prorogatae fuerunt, respective, ut præfertur,  
ad aliud septennium a fine eorumdem septem an-  
norum à Clemente prædecessore prorogatorum  
computandum, quo & residuo temporis, ut præ-  
fertur, prorogati durantibus, ipsi Episcopi Vi-  
carii Apostolici, illis quos ad sacros Ordines vi-  
gore facultatum hujusmodi promoverint, etiam  
recitationem Officii divini horarum videlicet Ca-  
nonicarum in alias preces per eos diebus singuli-  
lis recitandas eorum arbitrio auctoritate nostra  
Apostolica commutare, libere pariter, & licite  
possint, & valeant, servata tamen, & salva in  
reliquis remanente earumdem Alexandri, & Cle-  
mentis prædecessorum literarum forma, & dis-  
positione, dicta auctoritate harum serie proroga-  
mus pariter, & extendimus, & ampliamus, sal-  
va semper in præmissis auctoritate Congregatio-  
nis eorumdem Cardinalium.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus,  
& singulis illis, quæ in prædictis Alexandri, &  
Clementis prædecessorum literis concessa sunt  
non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Pifcatoris die 23. Decembris 1673. Pon-  
tificatus nostri Anno Quarto.

I. G. Slusius.

Reg. in Sec. in lib. Brevium Mensis Januarii  
part. 1. fol. 105.

Indulgentia Plenaria perpetua pro visitantibus  
aliquam ex Ecclesiis Fratrum, & Monialium  
Ordinis Excalceatorum B. Mariæ de Mercede  
Redemptionis Captivorum tam erectis, quam  
erigendis in S. Petri Nolaschi, S. Raymundi

Nonnati, S. Josephi, & apparitionis S. Mi-  
chaelis Archangeli, ac Dominica proximiori  
Kal. Augusti diebus.

### C L E M E N S P A P A X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

R Edemptoris, & Domini nostri Jesu Christi,  
qui gloriosos saluberrimorum, quæ nobis  
reliquit exemplorum Sectatores, Ordinumque  
Religiosorum Institutores altis decoravit hono-  
ribus, ac cœlestis beatitudinis confortes efficit,  
vices licet immeriti gerentes in terris, Spiritua-  
lium munerum Thesauros dispensationi nostræ  
creditis libenter erogamus, sicut ad favendam,  
incitandamque fidelium erga eosdem Beatos Ce-  
li incolas devotionem salubriter expedire in Do-  
mino arbitramur. Itaque ad augendam Fide-  
lium Religionem, & Animarum salutem cœle-  
stibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, ac  
de Omnipotenti Dei misericordia, & Beatorum  
Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate  
confisi, necnon dilecti filii Francisci de Sancto  
Marco Procuratoris Generalis Fratrum Excalce-  
atorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Re-  
demptionis Captivorum supplicationibus nobis  
super hoc humiliter porrectis inclinati, omni-  
bus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus  
vere penitentibus, & confessis, ac sacra Com-  
munione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fra-  
trum, & monialium dicti Ordinis tam haec tenus  
erectis, quam imposterum quandocumque eri-  
gendi, & ubique locorum existent in Sancti  
Petri Nolaschi dicti Ordinis Fundatoris, S. Ray-  
mundi Nonnati, Sancti Josephi, & apparitionis  
Sancti Michaelis Archangeli festis, necnon Do-  
minica proximiori Kalendas mensis Augu-  
stini diebus à primis vesperis usque ad occasum solis  
dierum hujusmodi anni singulis devote visitave-  
rint, & ibi pro Christianorum Principum con-  
cordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Ma-  
tris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces  
effuderint, quo die prædictorum id egerint, plena-  
riam omnium peccatorum suorum Indulgen-  
tiæ, & remissionem misericorditer in Domino  
concedimus.

§. 1. Volumus autem, ut præsentium litera-  
rum transumptis, seu exemplis, etiam impressis  
manu aliquis Notarii publici subscriptis, & si-  
gillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitu-  
ta munitis, eadem prorsus fides in judicio, &  
extra illud ubique habeatur, quæ haberetur ip-  
sis præsentibus si originaliter exhibetæ forent,  
vel ostenderent.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Pifcatoris, die 29. Decembris 1673. Pon-  
tificatus nostri Anno Quarto.

Placet E.

Registrata in Secr. Brevium lib. 4. diversorum  
fol. 207.

Declaratio B. Stanislai Kostka Poloni Societatis  
Jesu in Patronum principalem Regni Poloniæ,  
& magni Ducatus Lithuaniae, & adjun-  
tarum Provinciarum, cum prærogativis, quæ  
principalioribus Patronis competunt, & qui-  
bus ibidem gaudent SS. Adalbertus, & Stanis-  
laus, aliqui principiores Patroni, cum In-  
dulto, ut annua dicti Beati memoria in pos-  
terum ad Dominicam proximam post diem  
13. Novembris transferri possit in dd. Regno,  
Ducatu, & provinciæ adjunctis dumtaxat.

### C L E M E N S P A P A X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

E X injuncto nobis Divinitus Apostolicæ ser-  
vitutis munere in eam curam peculiari studio

incumbi-

L V.

Exordium.